

riti renuntiare; quia est vera & propria donatio, & per eam diminuitur patrimonium ejus, & fit pauperior. Sed, his non obstantibus, contrarium est tenendum; (m) imò quòd valeat & teneat renunciatio, modò fiat ante matrimonium contractum, modò constante matrimonio, modò eo soluto: Et istam sententiam & conclusionem clarè & apertè probat nostra *lex 60. Taur.* quæ simpliciter & generaliter dicit, quòd si uxor renunciet lucris quæsitis constante matrimonio, non teneatur ad debita: (n) & fundatur & probatur expressè de jure communi: quia licet donatio inter maritum & uxorem non valeat; tamen, quando quis eorum ex donatione non fit pauperior, nec diminuit patrimonium suum proprium, bene valet & tenet donatio, licet alter efficiatur ditior; ut si quis renuntiet hæreditatem, legatum, vel fideicommissum, ut perveniat ad alterum, quia est sibi substitutus, vel ab intestato successurus: quia tunc cessat ratio fundamentalis prohibitiva: text. est formalis & expressus in *leg. Si sponsus. §. Si maritus, el 2. ff. de Donat. inter virum, & uxorem, cujus verba sunt: Si maritus heres institutus repudiet hæreditatem donationis causa, Julianus scribit donationem valere, nec pauperior sit, qui non acquirit, sed qui de suo patrimonio deposuit: repudiatio autem mulieri prodest, si vel substituta mulier sit vel ei ab intestato successura: simili modo, & si legatum repudiet, placet nobis valere donationem: & ibi notat & commendat Odofr. Bartol. & communiter DD. text. in *leg. Profectitia. §. Si pater, ff. de Jure dotium: text. in leg. Qui autem, ff. de His que in fraud. credit. ubi disponitur, quòd licet potest debitor repudiare hæreditatem vel legatum in fraudem creditorum, nec fit revocatio per edictum illius tituli; quia licet non acquirat de novo, tamen non dimi-**

nuit patrimonium: text. in *leg. Cum oportet, §. Sin autem, Cod. de Bonis qua liber. ubi habetur, quòd licet donatio inter patrem & filium non valeat, tamen bene potest pater renuntiare usufructum quem habet à lege in bonis filii: & ibi notat & commendat Bald. Salycet. Paul. & communiter DD. text. in *leg. penult. ff. de Collat. bon. ubi, si pater illud quod post mortem tenebatur solvere filio dedit vel solvit in vita, valet & tenet solutio, & non tenetur filius aliis fratribus conferre. Nec his obstat ratio mea superior; quòd dominium & possessio transit ipso jure in uxorem pro sua parte, & renuntians dicitur perdere & diminuere patrimonium suum: Quia respondeo, quòd non est vera & propria acquisitio domini, & realis incorporatio in patrimonium ejus per actum verum & naturalem, sed fictè & revocabiliter per legem; ideò potest renuntiare & non acquirere, sicut quando hæreditas & legatum ipso jure alicui quæritur sine additione, vel immixtione, & tamen potest repudiare vel se abstinere. Nec etiam obstat text. notabilis & subtilis, in *leg. Magis puto, §. Si fundum, ff. de Rebus eorum, ubi habetur, quòd minor etiam cum autoritate tutoris vel curatoris non potest repudiare legatum rei immobilis sibi relictum sine decreto Judicis; Quia illud est verum & procedit in minore, qui non solum prohibetur alienare & perdere, sed etiam desinere acquirere: Sed nostra quæstio & jura prædicta loquuntur & procedunt, quando quis solum prohibetur perdere & diminuere patrimonium: & in expressò, licet non ita bene fundent, ita tenet Joan. Faber. in *Rubr. Inst. de nupt. in fin. Palac. Rub. in dict. repet. cap. Per vestras, fol. 26. column. 3. & fol. 27. column. 3. Roderic. Suar. in dict. leg. 1. titul. 3. lib. 3. For. ll. 2. quæst. (o)****

TEX-

(m) Prout tenet Bernard. in *cap. 7. de Donat. inter virum, in verb. Si non est aliud, Faber. Rubr. Inst. de Nuptiis. Suar. in leg. 1. titul. 3. de las Ganancias, lib. 3. Fori, limitatione 1. verb. Quæritur. Palac. Rub. in Rubr. §. 63. num. 1. Cassan. in Consuetud. Burgundia, rubr. 4. §. 2. verb. Aquestæ, versic. limit. 4. num. 15. Matienz. in leg. 9. titul. 9. lib. 5. gloss. 1. num. 1.*

(n) Vide Covarrub. de *Sponsal. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 11. Matienz. in leg. 9. titul. 5. Recop. per totum.*

(o) Nec etiam obstat textus bene notandus, juncta Gloss. ordinaria bellissimè, in *leg. 1. §. Quæ oneranda, ff. Quarum rerum actio non detur, ubi probatur, quòd metus reverentialis, quem habet uxor respectu mariti, vel filius respectu patris, vel libertus respectu patroni, est sufficiens ad rescissionem actus vel contractus qui inter eos geritur vel celebratur: & ibi notat & commendat Bartol. Alberic. & communiter DD. antiqui: & illam Glossam reputat singularem & unicam Rayner. in *leg. penult. ff. de Furtis, notat etiam & commendat Bald. in leg. Pactum, Cod. de Collat. column. 1. idem Bald. in leg. 1. Cod. de Bonis matern. 3. column. Quia respondeo, quòd solus metus reverentialis non sufficit, si non interveniant minæ, vel verbera, licet non ita severiter illata sicut ab extraneo: ita tenet & declarat Bartol. Angel. & communiter DD. in *dict. leg. 1. §. Quæ oneranda, idem Bartol. in leg. Interpositas, Cod. de Transactionibus, & ibi Bald. & alii DD. idem***

TEXT. LXI.

COMMENTARIUM

In Legem LXI.

SUMMARIUM.

- 1 *Mulier non potest intercedere vel se obligare tanquam fidejussor pro alio.*
- 2 *An & quando uxor poterat se obligare pro marito, & quid hodie sit immutatum?*
- 3 *Si maritus & uxor obligentur tanquam duo rei, an valeat & teneat obligatio?*
- 4 *Si uxor se obligat tanquam principalis, maritus vero tanquam fidejussor, an valeat?*
- 5 *In his que non dependent à nostra potestate, protestatio non relevat protestantem.*
- 6 *An uxor possit se obligare pro marito pro debito publico, & fiscali.*

Nota ex ista lege sequentes conclusiones. Prima: quòd uxor non potest intercedere pro marito, etiam si allegetur quòd debitum fuit conversum in utilitatem ipsius uxoris. Secunda conclusio: quòd quando maritus & uxor obligantur tanquam duo rei in solidum, non tenetur nisi quatenus probetur esse conversum in utilitatem ipsius uxoris. (p) Tertia conclusio: quòd ita demum dicitur esse conversum in utilitatem ejus, quando utilitas respicit patrimonium uxoris, & augmentum ejus; non verò ad ea quæ aliàs maritus de necessitate juris tenebatur, ut alere, & alia necessaria sibi ministrare. Quarta conclusio: quòd prædicta intelligantur præterquam si maritus & uxor obligentur pro debito regali vel fiscali; quia tunc indistinctè tenentur prout fuerint obligati, tanquam extranei.

Pro cujus perfecta declaratione dico & præsuppono: quòd licet regulariter pro quolibet debito & persona possit obligari fidejussor, &

DE aqui adelante la muger no se pueda obligar por fiadora de su marido, aunque se diga y allegue que se convirtió la tal deuda en provecho de la muger. Y assimismo mandamos, que quando se obligaren á mancomun marido y muger en un condrato, ó en diversos; que la muger no sea obligada á cosa alguna: salvo si se probare que se convirtió la tal deuda en provecho de ella; ca entonces mandamos, que por rata del dicho provecho sea obligada: pero si lo que se convirtió en provecho de ella fue en las cosas que el marido le era obligado á dár, assi como vestirla, y darle de comer, y las otras cosas necesarias, mandamos que por esto ella no sea obligada á cosa alguna: lo qual todo lo que dicho es se entienda si no fuere la dicha fianza, ó obligacion á mancomun por maravedis de nuestras rentas, ó pechos, ó derechos de ellas.

Id est:

Uxor posthac obligari non possit in fidejussionem pro marito, etiam si dicatur & allegetur debitum in emolumentum uxoris conversum esse. Item præcipimus, ut quando maritus & uxor sese obligaverint ex communi (ut dicitur) manu in eodem contractu, aut in diversis; uxor non teneatur ad quicquam; nisi probetur debitum in ipsius emolumentum fuisse conversum; nam tum præcipimus, ut pro rata ipsius emolumentum obligetur; verum si quod in illius emolumentum fuit conversum, fuerit, in iis rebus quas maritus illi dare tenebatur, ut sunt victus & vestitus, & ejusmodi res necessaria; præcipimus ut pro hoc ipsa ad nullam rem sit obligata. Quod totum prædictum intelligi volumus, nisi prædicta fidejussio seu obligatio ex communi manu sit pro pecunia nostrorum reddituum, vectigalibus, aut ad ea pertinentibus.

idem Bart. in *leg. Ad dimidiam, Cod. Quod metus causa, & ibi Angel. Paul. & communiter DD. Innocent. in cap. Causam matrimonii de offic. de leg. & ibi Abb. & communiter Canonist. idem Abb. in cap. fin. qui clerici vel voventes. Angel. de Aretin. in §. Quadrupli, Inst. de Actionib. & ibi Jason. 7. column. num. 61. Greg. Matta. in cap. Quamvis pactum, de pactis, in 6. 12. column. num. 45. & magistraliter & fundamentaliter dixi in materia contractuum, cap. de Restitutione minorum 14. in ordine num. 27. ubi omninò videas.*

(p) Quòd si mulier simul cum viro se cum juramento obligasset, & ex ea obligatione esset enormissè læsa; ut quia, soluta summa, maneret indotata, neque suppetent viri facultates, ex quibus posset sibi satisfieri, nec debitum esset conversum in ejus utilitatem; hoc casu, petita relaxatione juramenti, posse contravenire, & contractum rescindere, affirmat Parisi *consil. 75. per totum, 3. volum. & vide Simonem de Prætis consil. 1. num. 21.*

accedere cuilibet obligationi civili & naturali simul, vel naturali tantum, vel civili tantum, ut in leg. 1. & per totum. ff. de Fidejussoribus, & in leg. 1. & per totum, Cod. eod. titul. & in §. 1. per totum, Instit. eod. tit. & in cap. 1. & per totum, extrà eodem titul. & in leg. 1. & per totum titul. 12. §. part. tamen mulier non potest efficaciter intercedere, nec esse fidejussor alterius, propter fragilitatem sexus; & licet mero jure teneatur civiliter & naturaliter, tamen competit sibi exceptio & beneficium Vellejani: text. est in leg. 1. & per totum, ff. ad Vellejan. text. in leg. 1. & per tot. Cod. eod. titul. text. in leg. 2. titul. 12. part. 5. Imò, etiamsi jam solvisset, posset repetere per conditionem indebiti; quia exceptio Vellejani est perpetua & favorabilis: (q) text. est formalis & expressus in leg. Qui exceptionem. ff. de Condit. indeb. & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alber. Bald. Paul. & communiter DD. text. in leg. Quamvis. §. Interdum. ff. ad Vellejan. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD.

Quod tamen est verum & procedit, præterquam si post biennium confirmavit & ratificavit fidejussionem suam, vel iterum de novo intercessit & tanquam fidejussor se obligavit, vel exceptioni sibi competenti renuntiavit; (r) quia tunc ex tanti temporis dilacione videtur ex magno proposito & non ex fragilitate se obligare, ideo efficaciter tenetur: text. est in leg. si mulier, la 2. Cod. ad Vellejan. & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Bart. Alber. Bald. Paul. Cin. Petr. Jacob. Butr. Salycet. & communiter DD.

Quod tamen limita & intelligit, quando mulier intercessit & se obligavit pro extraneo: secus tamen est si pro marito; quia tunc ipso

jure indistincte non tenetur, etiamsi ex intervallo post biennium se obligavit: text. est formalis & expressus in Authent. ut nulli judic. liceat habere. §. Et illud collat. 9. text. in Authent. si qua mulier, Cod. ad Vellejan. & ibi Gloss. ordinaria, Odofred. Petr. Cin. Jacob. Butr. Bart. Bald. Alber. Paul. Salycet. & communiter DD. Cujus ratio est; quia tacite & per indirectum videtur inter eos facta donatio inter virum & uxorem, quæ non valet, ne mutuo amore se expolient: argumento text. in leg. 1. & per totum, Cod. & ff. de Donat. inter vir. & ux. (s) Quod tamen subintellige, nisi pretium, vel debitum contentum in contractu pro quo fidejussit, sit conversum in utilitatem ejus; quia tunc efficaciter tenetur: text. est in dict. Authent. si qua mulier, & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. Hodie tamen genericè & indistincte vult & disponit nostra lex Taur. quod talis uxor non possit intercedere nec se obligare tanquam fidejussor mariti, etiam si dicatur & allegetur quod pretium vel debitum pro quo fidejussit sit conversum in utilitatem uxoris; & iste est verus sensus, & declaratio nostræ legis in 1. part. & conclusione.

Advertendum tamen, quod nostra lex tantum dicit, quod si uxor alleget pretium vel debitum esse conversum in utilitatem ejus, non valeat nec sufficiat ut remaneat obligata. (t) Sed quærendum est, quid si manifestè & evidenter probetur esse conversum in ejus utilitatem, an aliquo jure vel remedio teneatur? Et videtur, quod licet non teneatur ex proprio contracto & promissione, per rigorem hujus legis saltem teneatur ex æquitate actione de in rem verso, quæ habet locum quotiescumque posset quis

(q) Idem tenet Padill. qui communiter receptum testatur in leg. Quamvis, ubi communiter DD. Cod. de Juris & facti ignorantia, idque in fortioribus terminis obtinuisse testatur Matienz. in leg. 9. titul. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 2.

(r) Quo casu efficaciter tenebitur mulier, secundum Glossam in leg. 1. ff. de Fidejussoribus. & Azon. in Summa, Cod. ad Vellejanum, hancque opinionem communem dicit Jas. num. 18. Decius num. 30. Curt. Jun. num. 19. in leg. Si quis in conscribendo, Cod. de Pact. Greg. in leg. 3. verb. Si despues, titul. 12. part. 5. qua lege nuncupatim statuit talem renunciationem valere, idque generali consuetudine observatum testatur Padill. in leg. Is possim num. 7. 8. 9. & 10. Cod. de Juris & facti ignorantia, Covarrub. in cap. Quamvis pactum 2. part. §. 3. num. 5.

(s) Quod similiter procedit etiam si renunciatio Vellejani intercesserit, ut in Authent. si qua mulier, Cod. ad Vellejanum, quod rectè advertit Gregor. in leg. 3. verb. Si despues, tit. 12. part. 5. tradit latè Matienz. in leg. 9. titul. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 8. ubi, quid si juramentum in tali fidejussione intercesserit pro marito? latè tradit.

(t) Et hinc fit, ut pro mercede habitationis domus quam simul habitaverunt maritus & uxor, non teneatur uxor: quod tamen non procedet, si maritus non habeat unde solvat, ut docet Palac. Rub. in Rebus, §. 66. num. 5. versic. Et si forte maritus, & hic num. 11. versic. An & quando, & Castill. num. 23. Quesad. diversarum Questionum juris, cap. 25. fol. 102. column. verb. contra quem tamen.

quis conveniri actione mandati, vel negotiorum gestorum: argumento text. & ejus regulæ & doctrinæ in leg. 3. versic. Et regulariter. ff. de In rem verso, & ibi communiter DD. vel ex æquitate leg. Si me & Titium. ff. Si certum petatur, ubi habetur, quod quando res mea pervenit ad alium sine justa causa, possum eum convenire ex æquitate illius legis, & repetere conditionem sine causa, vel certi conditionem generali, quæ cum ea concurrat: & ad hoc ibi notat. & commendat. Bartol. Alber. Bald. Paul. Alex. Jason. & communiter DD. probat etiam text. in leg. Si eum servum, eodem titul. text. in leg. Servus quem, versic. Secundumque. ff. de Action. empt. text. in leg. Si negotia. ff. Mandat. text. in leg. Perpetuo. ff. de Cond. ob turpim causam, text. in leg. Vir. ab eo. ff. de Jure dotium, text. in leg. Si quis in mancipiis, §. fin. ff. de Instit. text. in leg. 3. ff. Commodat. text. in leg. Nam hoc natura. ff. de Condit. indebiti, text. in leg. 3. §. Servus. ff. de Tributo, text. in leg. Si pupilli. ff. de Negot. gestis, text. in leg. Cum hi. §. Si quis de alimentis. ff. eodem titul. text. in leg. Jura natura. ff. de Reg. jur. Confirmatur etiam ex sententia Pauli, & communi in leg. fin. Codic. de Negot. gest. ubi singulariter tenet, quod licet quando quis sit protestatus contrarium ne gerat negotia sua, non possit gestor propria actione negotiorum gestorum agere; tamen ex æquitate prædictæ legis si me & Titium, & ex æquitate prædictæ regulæ generalis potest bene agere contra eum, qui utilitatem sensit ex negotio gesto: ergo idem videtur in casu nostræ legis, quando uxor quæ utilitatem sensit extitit fidejussor. Rursus etiam confirmatur ex sententia ejusdem Pauli. & communi in leg. His solis. ff. de Condit. indebiti, ubi dicit, quod si pecunia mea indebitè soluta creditori putativo, perveniat ad alium sine causa, & ex ea sit factus locupletior, possum contra eum agere ex æquitate prædictæ legis, si me & Titium, & prædictæ regulæ: ergo sic dicamus in nostra lege quod licet de rigore hujus legis uxor non teneatur nec obligetur quando extitit fidejussor mariti, tamen intelligatur ut non teneatur propria actione vel obligatione contractus, sed bene teneatur alia actione extraordinaria ex æquitate prædictæ legis, si me & Titium, cum similibus supra allegatis. Sed, his non obstantibus, contrarium est dicendum & tenendum per nostram legem, imò, quod uxor non teneatur tamquam fidejussor mariti, etiam si dicatur & probetur præmium vel debi-

tum esse versum in utilitatem uxoris. Primò, quia nostra lex aperte vult constituere differentiam in casu, quo uxor extitit fidejussor, & in casu, quo extitit rea debendi una cum ipso marito; ut aperte patet in 2. part. hujus leg. Secundò etiam confirmatur ista sententia & opinio, quia de jure communi sola confessio uxoris non sufficeret ad probandum quod pretium vel debitum est conversum in utilitatem ejus, nisi aperte probetur, ut tenet Bart. & communiter DD. in dict. Authent. si qua mulier: ergo nostra lex hoc videtur addere ad jus commune, ut non sufficiat confessio, assertio, vel probatio quod fuit conversum in ejus utilitatem.

Præterea secunda conclusio confirmatur ex doctrina Bart. & communi in dict. Auth. si qua mulier, Codic. ad Vellejan. ubi habetur, quod uxor correa debendi, quæ simul cum marito in solidum se obligavit, non censetur fidejussor, nisi pro ea parte, pro qua liquidè probetur conversum esse in utilitatem ejus: tenet etiam Jac. de Bellovis. in Authent. ut nulli judic. §. Et illud collat. 9. & ibi Bart. Angel. de Perus. & communiter DD. idem etiam tenent Bart. Paul. & alii DD. in leg. Vir. uxori, §. fin. ff. ad Vellejan. idem Bart. in leg. Reos eodem titul. (u) & hoc est, quod expressè voluit & disposuit nostra lex in 2. part.

Ex qua lege sic intellecta & declarata nota & collige, quod licet de jure communi, quando duo vel plures obligantur in solidum, tanquam duo rei debendi, unusquisque in solidum teneatur, & in solidum possit conveniri; & similiter de jure novo Authenticor. quando unus est absens, vel inops, vel juri divisionis est renuntiatum, modò ex causa onerosa, modò ex causa lucrativa, & modò uterque sentiat utilitatem contractus, modò unus tantum, ut in leg. 1. & per totum. ff. de Duobus reis, & in leg. 1. & per totum, & in Authent. hoc ita in materia, Codic. eodem titul. & probat etiam text. in leg. Interea eos. §. Duo. ff. de Fidejuss. text. in leg. Cum apparebit. ff. Locati, text. in leg. Ancillarum. §. Illud ff. de Pecul. text. in leg. Si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. text. in leg. Paul. la 2. ff. de Re judic. text. in leg. Si mandati, text. in leg. 1. Cod. Si plures una sent. text. in leg. 1. §. Quia autem, ff. Quorum legat. licet ex æquitate possit ille, qui nullam utilitatem sentit, petere ut prius conveniatur suis expensis ille, qui totam utilitatem percepit, ut aliàs dixi suo loco in materia duorum reor. de jure communi tantum illud

(u) Docet idem Castill. hic, verb. Mancomun. Palac. Rub. num. 4. & 5. Matienz. in leg. 9. tit. 3. lib. 5. gloss. 3. in princip.

est verum & debet intelligi in aliis personis extraneis: secus tamen est in marito & uxore; quia si ambo simul tanquam duo rei debendi obligantur, non tenetur uxor in aliquo, nisi pro ea parte, qua utilitas ad eam pervenit, ut in dict. Authentic. si qua mulier, & in Authentic. unde illa sumitur, & hoc est quod voluit expressè nostra lex Tauri, & iste est ejus verus & realis sensus; per quam apertè hodiè corrigitur lex 14. titul. 20. lib. 3. Foro II. & l. 207. in II. styli. quæ idem disponebant quod jus commune, etiam in marito & uxore, sicut in extraneis personis. (x)

Quæro tamen, si maritus & uxor obligantur tanquam duo rei debendi; dato quod contractus & obligatio non valeat respectu uxoris, an in totum valeat respectu mariti? Et firmiter teneo quod sic; quia ratio prohibitionis & annullationis tantum respicit uxorem, non verò maritum: & ista est intentio nostræ legis & in terminis facit bonus text. in leg. Si Titius & Seja. ff. de Fidejuss. & fundatur de jure communi ex sententia Alber. in dict. Authent. si qua mulier. 2. column. qui in terminis hoc videtur decidere.

Item quæro, si uxor intercedat & se obliget tanquam fidejussor, vel cum marito tanquam duo rei debendi, & expressè confiteatur pretium vel debitum in ejus utilitatem versum, an remaneat obligata pro illa parte? Et breviter & resolutive dico quod non; quia inter tam conjunctas personas præsumitur fraus, & quod metu vel amore emanavit confessio. (y) Item etiam videtur inter eos donatio, quæ non valet: Item etiam, quia prædicta jura Authenticorum expressè dicunt, quod manifestè debet constare in utilitatem uxoris versum: ergo talis confessio non valet: Et in expresso ita tenet Alber. in dict. Authent. si qua mulier, Cod. ad Vellejan. penult. column. in fin. & ibi Paul. de Castr. 1. column. 3.

4 Item quæro, quid è converso, si uxor se obligat tanquam principalis, maritus verò tanquam fidejussor, an uxor teneatur & remaneat obligata? Et videtur quod similiter non valeat ejus obligatio; quia quæsito colore videtur fidei jubere & intercedere pro marito, verbis postpositis & mutatis: & in specie ita tenet notabiliter Nicol. de Matta in dict. Authent. si qua mulier. & ibi Bald. 2. column. num. 3. Contra-

(x) Ut etiam animadvertit Matienz. in leg. 9. titul. 3. lib. 5. gloss. 3. num. 1.

(y) Quam etiam ratione reddit Castill. hic verb. Si se probare, & Palac. Rub. num. 5. & pluribus probat Tiraquell. in leg. Si unquam donatione largitus, num. 175. Cod. de Revocandis donationibus, & leg. Connubialibus, glos. 5. quæst. 10. num. 11.

rium tamen & melius tenet ibi Alber. 2. column. versic. sed quid si uxor, post Din. & Albert. & Olofred. quos allegat; imò, quod efficaciter uxor teneatur tanquam principalis, & maritus tanquam fidejussor, nisi fraus & dolus probetur: argumento text. in leg. Seja. mancipia ff. ad Vellejan. & in leg. 3. Codic. ne uxor pro marito. Nec obstant prædicta jura Authenticorum & nostra lex Taur. Quia loquuntur quando uxor se obligavit accessorie tanquam fidejussor, vel principaliter simul cum marito tanquam duo rei debendi; secus verò quando uxor obligatur principaliter, maritus verò accessorie tanquam fidejussor, ut in questione proposita.

Tertia conclusio hujus nostræ legis confirmatur ex notabili & singulari doctrina: quia in his, quæ pendent à nostra sola voluntate, bene prodest & sufficit protestatio; sed in his quæ non pendent à nostra sola voluntate, sed certo modo per legem disposita sunt, protestatio est nullius momenti, & non relevat protestantem tacite nec expressè: unde merito obligatio uxoris est nulla, tanquam non subsistente causa; & protestatio mariti, quæ colligitur ex tali contractu, est nullius momenti, & non relevat protestantem: text. est formalis & expressus in leg. Nesennius. ff. de Negotiis gestis, juncta Gloss. ordinaria, in verb. Conveniret, & ibi Bartol. 1. column. num. 1. Bald. fin. column. numer. 4. Paul. de Castr. & communiter DD. text. juncta Gloss. ordinaria & communi opinione, in leg. Si quis à liberis. §. Si mater. ff. de Liber. agnos. text. in leg. Alimenta, Cod. de Negot. gest. juncta Gloss. ordinaria, in verb. Materna pietate, & ibi Bald. Paul. Salyc. & communiter DD. text. in leg. Quis aliena, §. fin. ff. de Acquir. hered. & ibi Bart. Alber. Paul. Imol. & communiter DD. text. in leg. 2. ff. de Doli, except. tenet etiam magistraliter Bart. in leg. Non solum. §. Morre. ff. de Novi oper. n. 7. column. num. 3. versic. Circa quintum, & ibi communiter Moderni, præcipue Jas. 51. column. num. 26. idem Bartol. in leg. Edita actio penult. column. num. 30. & ibi communiter Moderni. idem Bart. in leg. fin. ff. de Eo quod certo loco, tenet etiam Bald. in leg. unica, Cod. Ut qua desunt advocatis, idem Bald. Paul. de Castr. & alii DD. in leg. 1. §. Editiones. ff. de Electione, idem Bald. notabiliter in cap. Cummana, de Electione, idem Bald. in cap. Præsentium, de Testibus, Jas. notabiliter in leg. fin. Cod.

Cod. de Jure emph. penult. column. tenet etiam & probat Gloss. ordinaria, juncto text. in cap. In rer dilectos de fide instrument. in verb. Salvo in omnibus, & ibi Innocent. Hostiens. Abb. Card. Anchar. & communiter DD.

6 Quarta conclusio hujus nostræ legis apertè est correctoria juris communis: nam de jure communi in tantum uxor non poterat intercedere & se obligare tanquam fidejussor pro marito, ut procederet etiam pro debito fiscali: text. est in dict. Authent. ut nulli judic. liceat hab. §. Et illud collat. 9. text. in dict. Authent. si qua mulier, Cod. ad Vellejan. ibi: Sive privatim, sive publicum sit debitum, & ibi Glossa ordinaria, & communiter DD. quia præferabatur privilegium & commodum privatim & particulare uxoris favore dotis & sexus, ipsi debito fiscali & publico: Hodiè tamen nostra lex apertè vult & determinat contrarium, imò, quod uxor possit obligari tanquam fidejussor vel correa pro debito publico & fiscali. Et per hæc remanet ista lex utiliter & magistraliter expedita.

TEXT. LXII.

Ninguna muger por ninguna deuda que no descienda de delicto pueda ser presa, ni detenida, si no fuere conosciadamente mala de su persona.

Id est:

Nulla mulier pro ullo debito non proveniente ex crimine possit trahi in carcerem aut ibidem detineri, nisi notorie sit mala via.

COMMENTARIUM

In Legem LXII.

SUMMARIUM.

- 1 Mulier non potest incarcerari pro debito civili.
2 Mater que est nutrix & curatrix filiorum, penult. column. & ibi Salyc. & communiter DD. idem

(2) Vide Dueñas reg. 312. ubi plures concordantes citat Planza de Delictis cap. 24. num. 11. Marienz. in leg. 10. titul. 3. lib. 5. Recop. in princ.

(A) Idem docent Palac. Rub. Castill. & Cifuent. hic, Covarrub. de Sponsal. 1. part. cap. 8. §. 11. in fin. Planza de Delictis cap. 34. num. 10. & 13. Archidiaconus in cap. Dissimulatus 18. quæst. 2. Aviles in Proemio pratorum, num. 27. Matienz. in leg. 10. tit. 3. lib. 5. gloss. 4. num. 1.

(B) Idem etiam testatur Capicius decis. Neapolitana 44. Decius in leg. 2. num. 78. ff. de Reg. jur. Covarrub. de Spons. 2. part. cap. 8. §. 11. num. 6. Rom. in leg. Si vero. §. De viro, secund.

qua renuntiavit Vellejano, an possit incarcerari?

3 Quæ mulier dicatur meretrix? & an possit retinere sibi datum, & petere sibi promissum?

Nota ex ista leg. quod mulier non potest 1 incarcerari pro debito civili: & idem disponit text. de jure communi in Authent. hodiè, Cod. de Custod. reor. text. in Authent. ut nulli judic. §. Necessarium, collat. 9. & ibi communiter DD. text. in Authent. sed hodiè, Cod. de Offic. diver. judic. (2) Ex quo inferas, quod licet hodiè in nostro regno debitor masculus possit incarcerari; & si intra novem dies postquam sit in carcere positus non solvat, debet tradi ipsi creditori, ut serviat ei usque ad compensationem debiti; ut in leg. 5. titul. 12. lib. 5. Ordinam. & in pragmatica 78. 79. 80. tamen mulier non potest incarcerari, nec tenetur servire, per nostram legem.

Quod tamen intellige, nisi talis mulier sit meretrix, vel luxuriosè vivens: quia tunc bene potest incarcerari, argument. text. in Authent. de restitutionibus, & ea que partit. in 11. mense, §. final. collat. 4. ubi dicit text. quod magis debet favori castitati quam luxuriæ, & luxuria non est digna privilegio legali, (A) & in expresso ita tenet Bald. in leg. Consentaneum, Codic. Quo & quando in fin. column. num. 46. & idem disponit & determinat nostra lex. Quod iterum intellige quando est soluta: secus si conjugata; quia tunc non potest incarcerari, licet luxuriosè vivat: ita singulariter tenet Joan. Andr. in Addit. ad Specul. in Rubr. de injuriis, argumento text. in leg. Si uxor. §. 1. ff. de Adul. tenet etiam & sequitur Rom. in leg. Si vero. §. de viro. ff. Solut. matrim. 2. fallen. Alexand. & Jas. in leg. Plerique. ff. de In jus voc. fin. column. Angel. de Aretin. in parte fama publica, in materia captiva, Palac. Rub. in Repet. cap. Per vestras, fol. 95. 3. column. & in præsentis. (b)

Item etiam limita & intellige; nisi in matre 2 quæ est nutrix vel curatrix filiorum, & renuntiavit Vellejano & omni legum auxilio; quia bene potest incarcerari: ita Bartol. in Authent. mater & avia, Cod. Quando nupt. offic. fung. poss. penult. column. & ibi Salyc. & communiter DD. idem